



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Jesu Christi

Avancini, Niccolò

Coloniae Agrippinae, 1689

Hebdomada II. Post Epiphaniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

POST EPIPHANIAM. 61e

sed de mare, amare obedientiam; non spectant, inquit personam jubentis, sed deum per illam jubentem; Omnis enim potestas à deo est.

2. *Humiliavit semetipsum factus obediens.* Considera quàm ab arduis coeperit obedientiam exercere, ab humilitate, paupertate extrema, adversis, & incommoditatibus, &c. Sciebat optimam esse voluntatem, quæ Divinæ consentit per omnia. Disce in Superiore Deum agnoscere, & plenum tuæ voluntatis holocaustum ad quæcumque ardua offerre.

3. *Humiliavit semetipsum factus obediens* per omnia Matri, seu in sinum accipiat, seu in fœnum reponat, & patitur se verti, reverti ad libitum Matris. Admirare Christi obedientiam, gratulare Matris felicitati. Redde etiam tam felices tuos Superiores, & sine te ab iis ad libitum moveri. Magnum hoc est superiorum solatium: magna pars imitationis Jesu.

DOMIN. II. POST EPIPHAN.

Disce ex infante Jesu patientiam.

Considera 1. potuisse Christum nasci impassibilem, amoliri à se omnem asperitatem, & dolorem: noluisse tamen; quia voluit pati in ipsa etiam tenerrima ætate; licet potuisset id differre ad robustiorem

D

ætate

ætatem. Quid ergò tu te tantoperè amas, omnem pœnam fugias? Vita præterita ne te obligat, ut mortificationes assumas? Si esse gratum Christo, quid differs?

2. Considera 2. ipsa incommoda quæ patitur: frigus, fœtorem, egestatem, vulnus circumcisionis: tristitiam in anima ex consideratione tot peccatorum & frustratæ suæ passionis. Et hæc quo affectu? Quid ego ago? firmus, si medicus pro me patitur? fugiatur ne pati pro Deo, qui quærit pati pro me?

3. Considera 3. Quàm innocens, & inmeritus patitur. Innocenter pati, patientia est Sanctorum: reorum, pro culpa. Turbationem habes. Confundere. Si, quod patitur occurrat, millies te meritum cogita. Si patris innocens, habes occasionem exhibendi amoris, qui per dura probatus; habes occasionem ut similis fias Jesu Christo. non discipulus supra Magistrum.

F E R I A II.

Disce ex infante Jesu amorem Dei proximi.

1. **A** Mor probatur operibus, quibus num amari quæritur citra propriam commodum. Considera ergò quæ Christi opera edat, quibus bonum Dei quærit, et

POST EPIPHANIAM. 63

cum suo gravi incommodo Quia scivit placere Patri, toleravit omnes incommoditates. 1. Flet ex zelo honoris Dei, ob peccata hominum; quibus abolendis dat lachrymas, deinde sanguinem. 3. Invitat ad specum illam pastores, & gentiles, ut notam illis faciat gloriam dei. Si amas deum, operibus proba; primum in te, deinde in aliis gloriam ejus promove. dignus est enim cui soli debetur gloria.

2. Considera Christum etiam in nos probasse amorem, omnes illas incommoditates pro nobis offerendo. Gratias age, & ama Jesum. Disce amare proximum, eique benefacere, non ob commodum tuum, sed ob ejus salutem. Purifica omnem amorem erga homines, ut hoc solum illis velis. Quia hoc est esse adiutorem Christi in Redemptione hominum.

3. Considera Christum suum in nos amorem probasse, quod omnia mala nostra corporis, & animæ in se suscepit, dolores, tristitias, tædia, pœnas, quas merebamur, satisfactiones pro peccatis, quas reddere non valebamus. Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Quid debes medico, qui pro te factus est infirmus? Quid vadi, qui pro te satisfecit. Non poteris tu compati proximo tuo: non ejus defectus sufferre?

Disce ab Infante Jesu, quomodo
sanctè ames.

1 **A** Mare seipsum sanctè, est velle
ipsi bonum, non falsum, & appareat
sed verum & solidum, seu æternum. Quod
bonum sibi voluit Jesus: non sensuum,
gloriæ Dei. Jam tum in infantia impressum
illud habebat: *Non quero gloriam meam*
sed eius qui misit me Oppone amorem, qui
te hactenus amasti: quàm inordinatum
quàm sensualis est! Imò odisti te, quia in-
sisti tibi ea, quæ à Deo avertunt. Corrige
ergò amorem tui: ut nihil tibi velis, quod
non sit pro gloria Dei; alias te odisti, &
obes.

2 Considera amorem Jesu in seipsum
fuisse desiderium voluntatis Divinæ in-
adimplendæ. Qui semper facit ea, quæ
Deo sunt placita, etiam in præsepi hoc egit.
Nullum majus bonum tibi velle potest
quàm ut voluntas illa sit regula tua. Num
quam errabis, semper Deo placebis. Quod
pauci eam respiciunt, ut sequantur! quod
multi sensum ducem potiùs sequuntur!
tu es inter illos, dole, & emenda.

3. Considera Christum ex hoc amore factum
cto in seipsum, acceptasse dolores, humili-

tion

tionem, paupertatem, contemptum; quia
re lucebat in his beneplacitum Dei, & salus
mundi. Unde sancto sui amore impugnabat
sensum, & ei vim inferebat. Sic amare te
debes: generosè tuos sensus, & passiones
expugnare; apprehendere humilia, dura,
& aspera, quia omnino hæc est voluntas
Dei. Quàm felix esses, si à puero hoc fecis-
ses quàm infelix futurus, nisi modo con-
stanter id facias?

F E R I A I V,

Iter Beatissimæ Virginis ex Bethle-
hem in Hierusalem ad purificandum

1. **E**T postquam impleti sunt dies purifica-
tionis Luc. 2 Considera quàm solli-
cita fuerit de implenda purgationis lege,
qua non tenebatur. Non excusat se sua ser-
vatâ Virginitate, prolis dignitate. Accipit ex-
emplum Filii, qui implevit legem circumci-
sionis, cum nec egeret, nec teneretur. Glo-
riam suam reputat, si inter immundas falso
iudicio accenseatur; cum sic ejus filius sit
numeratus inter peccatores O admiranda
obedientia, & humilitas! O quàm ego sum
alius! sum coram Deo peccator, & coram
hominibus de puncto honoris luctor. O
pudor! Disce à Jesu & Maria.

2. Considera 2, Quo sensu B. Virgo, & S.

D 3

Joseph

Joseph reliquerint stabulum, in quo se gisla
cum solo Jesu inter tot asperitates, in sum tia pl
ma paupertate deliciabantur. In defectu re quod
rum omniū, una & abundans erat illis con est de
solatio, esse cum Jesu. Cum Jesu nullus lo tūm
cus est solitudo, nulla paupertas dura, nu velle
lum incommodum molestum. At molesti cave
sunt ista tibi? Mi bone, non es totus cur empl
Jesu: mendicas à creaturis solatia, sed appe 2. C
rentia; & vera despicias. Relinquis fontem affligi
quæ vivæ, & fodis tibi cisternas. quem

3. Considera itinerantium paupertatem qui ea
modestiam, patientiam dum à transeuntibus tibi p
contemnuntur, dum à diversoriis excludunt ame
tur Audi pios discursus, plenos variis afflic m
ctibus in Jesum. Vide alternantes obsequi Erran
puero Jesu, nunc Mariam, nunc Josephum cedit
gestantes puerum, &c. & cum qua reverentias; a
tia, &c. Utinam hi sint affectus tui, cum Je 3. C
sum in Eucharistia sumptum corde geris. assim

F E R I A V.

De causis Purificationis B. Virginis. dem p
um a

1. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis magi
ejus secundum legem Moysi. Luc. 2. Unde
Cum certum sit Beatissimam Virginem plu nyste
ribus titulis exemptam fuisse ab obligatio partu
ne legis Purificationis, examina causas, cui vanti
tamen voluerit purificari? Prima causa est et acced
Dionys. Carthuf. ut legi obediret. in qua le nspic
etiam gis
ficien

gislatores reverebatur. Perfecta obedientia plus peragit, quàm tenetur. Quid refert quòd non obligèris sub peccato, si regula est de relicta? Noli eò descendere, ut id tantum velis, quod non potes sine peccato non velle. Cadentium hoc est principium. Tu id cave. Adde, quod in hoc sit humilitatis exemplum.

2. Considera secundam ab eodem causam assignatam esse, ut *imitaretur filium suum, quem vidit legi circumcisionis subiectum,* qui eadem non tenebatur. Et motivum, quod tibi persuadeas regularum observantiam, studetametsi illæ sub peccato non obligent; quia afficit magis Christum, & B. Virginem imitaris. Errare non potes ea via, qua filius Dei præcedit. Dole quòd eam non iveris: time, si non vereas; ama, & ibis.

3. Considera tertiam causam fuisse, ut purissima Mater magis purificaretur, non quidem per recessum ab impuro, sed per accessum ad summe purum. Assimilavit enim se magis primæ puritatis regulæ Christo Jesu. Unde credunt Patres ejus puritatem in hoc mysterio auctam fuisse; sicut virginitatem in partu. Si te non movet ad Regularum observantiam, ut magis per eas ad summe purum accedas, moveat te ut ab impuro recedas. Inspice te, & vide infirmitatem tuam. Accede etiam ad summe purum per desiderium prociendi in via virtutis.

De alijs causis Purificationis.

1. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis, Expende aliam causam à Carthusia traditam, ut vitaret scandalum Iudeorum Peperisse sciverant: esse Matrem Dei ignorabant. Ne scandalo sit Mater Dei, ablatum privilegio. Disce hinc, esse quandoque quæ præstanda, ad quæ non obligaris, alius sis scandalo: aliqua pariter omittenda, quæ licitè ageres. Hoc charitas potest.

2. Considera aliam causam ab eodem traditam, ut conformaret se alijs mulieribus in licitis, & honestis. Non singulari via incedit Virgo, sed communi. Non ut multò minus pete exemptiones, & singulitates. Via communis secura est, quia magis probata, & regulis à Deo dictis firmata. Hac sancti præivere. Hanc constantè tene.

3 Considera aliam causam à Petro sensu traditam: ut debitis supererogaret debita. Non tenebatur. Ergone non agendum, ad quod non teneris? plura à Deo, quàm imperet. Gratiore sunt quia, quæ citra debitum exhibentur, quæ cum debito præstantur. Avarus natus, si Deo nihil ultra præcepti debet

imper

pendas. Vellesne, ut Deus nihil tibi impenderet, quod non tenetur? Quam miser, quam egenus esses!

SABBATHO.

Quas præcipuè virtutes B. Virgo in sua purificatione exhibuerit.

1. Insinuavi supra obedientiam, & amorem puritatis. Nunc accipe *Humilitatem*.

Videbat se æstimandam cæteris mulieribus parem. Non curat, ut videatur pura, sed ut sit. Non prodit se Matrem Dei, cum sit.

O quantum abes? nonne videri magis curas, quam esse bonus Religiosus, &c Videri alienum, & extraneum est; esse intrinsicum est; & solum prodest. Cura ergo magis esse, quod vis videri. Nec videri velis, sed esse.

2. Considera exhibitum tibi paupertatis exemplum a B. Virgine. Poterat ea ditiorum more agnum offerre, si aurum à Magis oblatum huc impendisset: elegit pauperum sacrificium: quia vidit Jesum pro nobis pauperem factum. Non eligis tu tibi honoriora? non procuras? non gaudes melioribus? At hocne est pauperem Jesum imitari? Non dubita tantò gratius Deo fuisse sacrificium columbarum, quantò erat vilior. Quid tu reddes Deo tuo?

3. Considera devotionem, qua filium
um, & munus Sacerdoti præsentavit:
hanc oblationem comitata sit intentio
puritate? qua charitate? &c. Confer tuam
cum illius devotione. Vide quantum tibi
sit: penetra ejus necessitatem in tua voca-
ne. Digere tibi tempora, & actiones, quæ
te magis cum Deo conjungas.

DOMIN. III. POST EPIPHANIAM

Quare Christus offerri voluerit

1. **T**ulerunt illum in Hierusalem, ut
rent eum Domino. Luc. 2. Considera
auctorem legis voluisse implere opere, quod
verbo jussit. Legislatores, aut Doctores
magis legem suam, aut doctrinam firmam
quàm opere. Multa de virtute, de Deo
dicis: sed facisne etiam? Non laudatur
Christo, qui solùm docuerit, aut præce-
rit, sed qui fecerit, & docuerit. Vide ergo
verba tua firmes operibus. Virtus enim
sistit non in dictis, sed in factis.

2. Considera eum, qui venerat magis
humilitatis, nullam ejus exhibendæ occa-
sionem præterisse. Æstimabatur purus homo
ut cæteri, eadem lege peccati obstrictus
quid tum? Dei Filius magis attendit,
grata sunt Patri, quàm quæ sibi honori
At tu fortè contrarium attendis? Fortè